

8. Augustus habetur, laevo apertu, inornatus, cum inscriptione non admodum evidente. IMP. AVGVSTVS MVNCPALAG.

In altera.

Laurus sinisterorsum pergit. Supra quem legitur. IIVIN. infra. C. M. VAL. Hunc nummum aeneum magnum Romae apud P. Taueram delineauimus.

In una parte.

9. Augustus habetur laureatus, laeva facie, octoto collo, cum nominis epigrapha. CAESAR PONT. MAX.

In altera.

Mausoleum pinnatum (seu templum à Pergamensibus Aug. dicatum) eximia structura, laureis ramis, & coronis Lemniscatis ornatum, ab anteriori fronte, duabus columnis altioribus & insistentibus Victorijs praeseptum, representatur. Cuius superbiam alibi copiosius delineauimus, infra. ROMAE. ET. AVG. Nummum hunc aeneum mediocrem domi seruo ego.

In una parte.

10. Augustus effigiatus est aperto capite, laevo obtutu, ad cuius ceruicem est lituus. Inscriptio. IMP. CAESAR.

In altera

Aquila expansis alis, late in fclimine stans Iouis, Iouis Capitolini imaginem capite gerit. Inscriptio nulla. Nummum hunc aeneum domi meae habeo.

In una.